



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Petri De Dusburg, Ordinis Teutonici Sacerdotis, Chronicon
Prussiae**

Petrus <de Dusburg>

Francofurti ; Lipsiae ; Regiom. Pruss., 1679

Cap. CCVI. De Conversione Scumandi Capitanei Sudovvitarum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11850

Hartmannus de Heldrungen VIII. Mag. Gen. Ord. Teut.
Mangoldus de Sterenberg XI. Mag. Prov. in Prussia.

CAP. CCV.

De

*Captivitate prima fratriis Ludewici
de Libencele.*

FR. Ludevvcus de Libencele vir nobilis & in rebus bellicis ab adolescentia exercitatus mira gesta fecit in vita sua, quæ inferius apparebunt. Hic dum captus esset, præsentatus fuit Scumando, qui, quia similis ei fuit in audacia, multum dilexit eum, unde accidit, quod ipsum adhuc in captivitate positum duxit secum ad lacum ubi potentiores terræ Sudoviæ convenerant ad potandum. In hac potatione quidam vir nobilis & potens fratrem Ludovicum contumeliis & juriis ad turbationem animi provocavit. Unde ait ad Scumandum: duxisti me huc, ut iste Cor meum injuriosis affligeret verbis suis? Cui respondit Scumandus: doleo de turbatione tua, & si audes, vindica injuriam tibi factam, ego te juvabo: hoc auditio frater Ludevvcus animatus fuit & æmulum suum gladio interfecit; Postea frater Ludevvcus per quendam famulum dicti Scumandi liberatus fuit à captivitate & ad fratres deductus.

Eodem tempore Tar-
tari Orientales ultra-
quinquaginta millia Sa-
racenorum occiderunt,
sed Soldanus resumptis
viribus & animo Tar-
taros invasit & in fu-
gam conversos XXX.
millia interfecit.

CAP. CCVI.

De

*Conversione Scumandi Capitanei Su-
dovitarum.*

Nn 3

Iste



*Hartmannus C. de Heldrungen VIII. Mag. Gen. Ord. Teut.
Mangoldus de Sternberg XI. Mag. Prov. in Prussia.*

Iste Scumandus potens fuit & dives in territorio Sudoviae dicto Crasima, & cum impugnations continuas fratrum non posset sustinere, cessit de terra sua cum tota familia & amicis ad terram Russiae, in qua dum per tempus aliquod habitasset, fatigatus exilio rediit ad terram nativitatis suae, quod cum perciperent fratres ipsum in bello iterum invaserunt, tot vicibus illum vexantes, quod tandem cum omni domo & familia sua fidei & fratribus se subjecit.

C A P. C C V I I .

De

*Vastatione territorii Sudoviæ dicti Se-
lie & secunda captivitate fratri Lu-
devvici.*

EO tempore quo frater Mangoldus Magister vocatus ad capitulo eslet in itinere constitutus, Fr. Conradus de Tierbergk Marschalcus cum multis fratribus & maximo Exercitu intravit Sudoviæ territorium dictum Silian, tam copiosus fuit iste Exercitus, quod multarum spaciis Leucarum occupavit, ubi omnia ædificia dicti territorii redegerunt in favillam, occidentes quendam nobilem dictum Wadole Capitaneum ibidem & plures alios prædam inæstimabilem deduxerunt. In hoc Exercitu frater Ludevvcus de Libentele multis vulneribus lethaliter vulneratus, semivivus in nive fuit derelictus quem Sudovitæ postea invenientes super eqvum positum, sic quod caput & brachia ex una parte, & crura ex altera dependebant tam ineptè deduxerunt, quod sangvis de vulneribus manans jam in corpore coagulatus coactus est violenter effundi, & sic sanatus fuit ut veraci-